

**De sancta anna. an.**



**C**eleste beneficium introiuit in an-  
nam per quam nobis nata est maria  
Virgo. v. Ora pro nobis beata anna.  
R. Ut digni efficiamur promissioni-  
bus christi.

**Oratio.**

**D**eus qui beate anne tantam gra-  
tiam et beatitudinem conferre di-  
gnatus es: Ut beatissimam matrem tuam in suo glorio-  
sissimo utero portare meruit: da nobis per intercessio-  
nem matris et filie tue propitiationis abundantiam:  
Ut quarum commemoratione pio amore amplectimur:  
carum precibus ad celestem patriam peruenire va-  
leamus. Per dominum nostrum.

**De sancta maria magdalena. an.**



**M**aria ergo unxit pedes iesu et ex-  
tersit capillis suis et domus impleta est  
ex odore unguenti. v. Dimissa sunt  
ei peccata multa. R. Quoniam dilex-  
it multum.

**Oratio.**

**A**rgire nobis clementissime pa-  
ter ut sicut beata maria magdale-  
na dominum nostrum super omnia diligendo suorum obtinuit ve-  
nitiam peccaminum: ita nobis apud tuam misericordiam  
sempiternam impetret beatitudinem. Per eundem dominum.

**De sancta katherina. an.**



**V**irgo sancta katherina grece gemma vir-  
be alexandrina costi regis erat filia. v.  
Diffusa est gratia in labijs tuis. R. Pro-  
pterea benedixit te deus in eternum. Oratio.

**D**eus qui dedisti legem moysi in sinu  
mitate montis synai et in eodem



nobis quesumus domine iusta desideria postulare:  
Et que iuste postulauerimus suis meritis ⁊ interces-  
sione apud te iugiter valeam⁹ obtinere. Per domi-  
num nostrum iesum christum filium tuum: qui tecū  
vinit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per  
omnia secula seculorum. Amen.

**¶** De sancto anthonio. añ.



**¶** Anthoni pastor inclyte qui crucia-  
tos reficis. morbos sanas ⁊ destruis.  
ignis calorem extinguis. pie pater ad  
dominum ora pro nobis miseris. v.⁹.  
Dra pro nobis beate pater anthoni.  
R. Ut digni efficiamur promissioni-  
bus christi. oramus. **¶** Oratio.

**¶** Deus qui concedis obtentu beati anthoni cō-  
fessoris tui morbidum ignem extingui ⁊ mē-  
bris egris refrigeria prestari. fac nos quesumus ip-  
sius meritis et precibus a gehenne incendijs libera-  
tos integros mente et corpore tibi feliciter in gloria  
presentari. Per.

**¶** De sancto francisco. añ.



**¶** Sanctus franciscus preuijs oratio-  
num studijs quid faciat istructus nō  
soli sibi viuere: sed ⁊ alijs viuere vult  
dei zelo induct⁹. v. Dra pro nobis bea-  
te frācise. R. Ut digni efficiamur pro-  
missionibus christi. **¶** Oratio.

**¶** Deus qui mira crucis mysteria  
in beato frācisco cōfessore tuo  
multiformiter demōstrasti: da nobis  
quesumus deuotionis sue semper exempla sectari:  
et assidua eiusdem sancte crucis meditatione muni-  
ri. Per eundem dominum nostrum.





**De sancto michaelē. ān.**



**M**ichael archāgele paradisi p̄posite  
Veni in adiutoriuꝝ populo dei ⁊ Velis  
nos defendere a potestate inimici ⁊ te-  
cū ducere in societate dñi. v. In cōspe-  
ctu angelorū psallam tibi deus meus  
℞. Adorabo ad tēplum sanctū tuum  
et confitebor nomini tuo. **Oratio.**

**D**eus qui miro ordine angelorū ministeria ho-  
minūq; dispēsas cōcede ppitius: Ut quibus ti-  
bi ministrantibus in celo semper assistitur ab his in  
terra Vita nostra muniatur. Per dñm nostrum.

**De sancto iohanne baptista. ān.**



**I**nter natos mulierū nō surrexit ma-  
ior iohāne baptista. v. fuit hō missus  
a deo. Cui nomē erat iohānes. Dño.

**R**esta q̄sumus omps de⁹ Ut fa-  
milia tua per Viam salutis in-  
cedat Ut beati iohānis p̄cursoris chri-  
sti hortamenta sectando ad eū quē ple-  
dixit secura perueniat dominum nostrū iesum chri-  
stum filium tuum. Qui tecum Viuit ⁊ regnat. ⁊c.

**De sancto iohanne euangelista. ān.**



**I**ohānes apostolus et euāgelista Vt  
go elect⁹ est a dño: atq; iter ceteros mā-  
gis dilectus. v. Valde honorāndus est  
beatus iohānes. ℞. Qui supra pectus  
domini in cena recubuit. **Oratio.**

**E**cclēsiā tuā que sumus dñe  
benignus illustra: Ut beati io-  
hannis apostoli tui et euāgeliste illuminata doctri-  
nis ad dona perueniat sempiterna. Per.

AAK



**De sanctis petro et paulo. añ.**



**P**etrus apostolus ⁊ paulus doctor gentium: ipsi nos docuerunt legē tuā domine. **v.** In omnem terram epiuit sonus eorum. **R.** Et in fines orbis terre Verba eorum.

**Oratio.**

**D**eus cuius dextera beatum petrum apostoluz ambulante in fluctibus ne mergeretur erepuit: ⁊ coapostolum eius paulum tertio naufragante de pfundo pelagi liberavit exaudi nos ppitius ⁊ cōcede: Ut amboꝝū meritis eternitatis gloriā cōsequamur. Qui uiuis.

**De sancto iacobo. añ.**



**L**ux et decus hyspanie o iacobe sanctissime subleuator oppressoz. suffragium viatorū: qui inter apostolos primus martyr laureat⁹ obtines primatum. **D** singulare presidium tuozū benignus exaudi vota seruoꝝum: et intercedas pro nostra omniumqz salute **v.** Ora pro nobis beate iacobe. **R.** Ut digni efficiamur promissionibus christi.

**Oratio.**

**S**tō dñe plebis tue sanctificator ⁊ custos: Ut apostoli tui iacobi munita p̄sidijs ⁊ cōuersatione tibi placeat ⁊ secura deseruiat. Per dominum

**De omnibus apostolis. añ.**

**D**ū steteritis ante reges ⁊ p̄sides nolite cogitare qualiter respōdeatis dabit enī vobis in illa hora qđ loquamini. **v.** In oēm terrā epiuit sonus eoz. **R.** Et in fines orbis terre Verba eoz.

**Oratio.**

**C**ōcede q̄sumus omnipotēs deus Ut sicut apostolorum tuozum. **A. ⁊. A.** iugiter cōmemora